

Attentat calamo, quas iam laudatus Apelles  
Depinxit vivis pro more coloribus, utque  
(Quod verum est) fatear, tanta depinxerat arte,  
Ut non ceu Leuxis volucres, sed ut alter Apelles  
Fallere vel Zeuxin possit. Satis ista scienti! —  
Iam nunc ad primam se vertunt carmina cuppam,  
Quae coenam Domini praesentat, quaeve supremo  
Est depicta choro, propria sede, locove,  
Nempe quia in feria Domini quoque coena locata est,  
Quae nivea claudit panis sub nube latentem  
Immensum sine fine Deum, quive ipse manere  
Nobiscum se promisit per saecula, et usque  
Dum consummatur saeculum, quia numen amoris  
In finem dilexit eos, testante Ioanne  
Cum dilexisset proprios sibi jure, suosque.  
(Jo. 13.)

Hanc Domini coenam benedicti provida cura  
Depingi hic voluit propria sibi sede, locove  
(Ut dictum supra) nempe ut quod cernimus infra  
Tantum oculo fidei, quoque lumine corporis ipso  
Cernamus supra, et sic Paulo indice fiant  
Ex invisibili, quoque visibilia nobis. (Hebr. 11.)  
Coenam ergo pinxit, melius coenacula strata  
(Luc. 22)

(Ut verbis utar propriis) laudatus Apelles  
In cuppae medio tanta arte, ut qui videt illam,  
Ex ligno factam positamque peratria credat, Contactam  
nivea, dignaque hoc hospite mappa.

Hanc supra coenam lampas tibi pendula sese  
Sic praesentabit, iurare ut iure putares  
Te posse, ex aurichalco fabrefacta sit ista  
Quod lampas, quodve ex vero sit pendula fune:  
Qui funis, medio dum stabis ad infima puncto,  
Longior apparet media (mihi credito) parte,  
Quam sit re vera, certe mirissima, dices,  
Sunt haec, si non omnino miracula, lampas,  
Et funis, quod nunc lampas pendere videtur.

Certe aliquis magnus magnae huius cognitor artis  
Magnum hoc artis opus dixit; sed quid moror ista?  
Sunt maiora, super quae scribat carmine musa,  
Et quae non artis tantum, sed maxime amoris  
Divini dices miracula, candide lector!

Praesidet in medio coenae coenator Jesus,  
Hospes et esca simul, facie formaque decorus  
Tantum, ut vel sola ex forma cognoscere nomen  
Possis, et ut visa hac facie mox dicere fas sit:  
Hic vir, hic est Christus, qui dicitur, est hic  
is ipse.

Profecto est ille hic, qui „candidus et rubicundus“  
(Matth. 24. 17.)

Dicitur in sacris paginis, quas Cantica dicunt.  
(Cant. 5. 10.)

Sic candor mixtus facie hac (mihi crede) rubori  
Artifici est Penicillo, ut mox dicere possis:  
Lilia mixta rosis sunt haec, nix mixta corallis;  
Maestas cum deliciis sic pugnat in alma  
Hac facie, ut cui deberet quis cedere palmam  
Dicere vix ipse possit, qui pinxit, Apelles.

A dextris supra pectus pius ille recumbit  
Discipulus, quem prae reliquis dilexit Jesus  
Virgineum loquitur facies formosa Joannem, (Jo. 19)  
Qui propter niveum candorem mentis amari  
Prae reliquis meruit, qui dignus propter id ipsum  
Virgineo recubare sinu: proh! gratia quanta!  
Virginea huic posthac a Nato virgine mater  
Tradita custodi, quia custos virginis esse  
Virgo debebat: proh! quanta haec virginitatis,  
Quanta haec virgineae sunt privilegia mentis!  
Ad laevam Christi Petrus, qui nomine Cephas  
Et Simon primum dictus, dein Petra vocatus  
A Domino fuerat, Petrus, cui tradita clavis  
Regni coelorum, primus ceu principis instar  
Assidet, et magni mysteria Regis adorat  
Sublato in coelum vultu, manibusque plicatis.

Discipuli mensam reliqui pulchro ordine cingunt,  
Et coenam hanc magnam variis affectibus implent.  
Solus ab extrema coenae huius parte sinistra  
Averso a Domino vultu sedet Iscariotes,  
Quem non ex oculis (quos fors appingeret alter)  
Sed magis ex oculis noscas, quos pinxit Apelles,  
Ex quibus apparet, fuerit quod proditor ille.  
A dextra et laeva famulantum turba coronat  
Hanc coenam, et tanti regis mandata capessunt.

Haec facies cuppae inferior: sed parte suprema  
Angelicos volitare choros super aethera cernes:  
Pars volitant, pars thura cremant, pars numen adorant  
In coena positum, manibus pars altera iunctis  
Portentum summi in terris mirantur amoris.  
Et nos miremur tanti miracula amoris,  
Nostrosque Angelicis iungamus mentibus actus,  
Affectusque pios quasi thura in corde crememus!  
Ut sic laudetur per saecula numen amoris.

### Die ehemaligen Kapuzinerklöster in Heberlingen und Markdorf.

(Von P. Benu. St.)

(Schluß.)

#### II.

Ganz nahe bei Markdorf links an der Straße nach  
Bermatingen stand schon im 14. Jahrhundert eine Kapelle  
am Bilbache mit einem wunderthätigen Gnadenbilde der aller-  
seligsten Jungfrau Maria. Als die Gemahlin des 1387 ge-  
storbenen Ritters Konrad von Homburg, namens Ursula, auf  
einer Fahrt auf dem Bodensee beim Anlanden in Meersburg  
in den See gefallen und für tot aus dem Wasser gezogen  
wurde, machten die Ihrigen ein Gelübde zur Muttergottes  
am Bilbache und alsbald erwachte Ursula wieder zum Leben.  
Aus Dankbarkeit stiftete sie in die dortige Kapelle eine Wachs-  
figur genau nach ihrer Größe, welche später (1605) in zwei  
große Wachsferzen umgeschmolzen wurde. Diese wunderbare  
Errettung machte diese Kapelle, die bisher schon viel besucht  
war, zu einem noch berühmteren und besuchteren Wallfahrts-  
orte, in welcher 1420 die Bruderschaft „Maria-Schutzmantel“  
entstand, welche bald sehr reich wurde, eine eigene schöne  
Kapelle erhielt und zu ihren Mitgliedern die hohen und höchsten  
Stände von ganz Europa zählte. Im Jahre 1630 gab darüber der  
Markdorfer Kanonikus Georg Gaul ein eigenes Büchlein  
heraus.